

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1658

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 214 / Tabuteau 259

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Coutances, Notre-Dame (cathédrale)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1056-1066]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard confirme toutes les donations faites par ses prédécesseurs ou par lui-même à l'église Notre-Dame de Coutances, dans l'ordre chronologique de leur attribution.

En ce qui concerne tout d'abord les prébendes :

Blainville, l'église, les salines ; Trelly et l'église ; Soule, l'église et la forêt ; Courcy et l'église ; la moitié de Muneville avec la moitié de l'église ; Mansum Aloii ; Saint-Louet-sur-Sienne et l'église ; à Coutances l'église Saint-Pierre et sa dîme, et en dessous de la ville un moulin sur la Soule ; Urville, l'église, les salines. Le duc a réformé les chanoines de Saint-Lô de Rouen qui ne desservaient pas canoniquement les terres dépendant de Coutances, et a décidé, conseillé par les évêques, quelles prébendes leur seraient affectées : Quibou et l'église ; la Mancellière, l'église et la terre du Caillou ; Mansum Restaldi dit Fumichon, avec un moulin sis à Baudre ; Mesnil-Aumont et Mesnil-Jean (?) avec l'église ; la moitié de l'église d'Agon avec la moitié de la dîme.

Outre les prébendes susdites, le duc confirme les donations suivantes à la cathédrale : Saint-Lô de Rouen avec ses bénéfices et son exemption ; Saint-Lô sur Vire avec Martinville et Pierrefitte ; la paroisse Notre-Dame du Château à Saint-Lô ; la paroisse Saint-Georges-Montcocq ; le Mesnil-Rouxelin ; la paroisse Saint-Ouen de Montreuil (?) ; Agneaux et l'église ; Saint-Gilles ; Gourfaleur ; Saint-Ebremond[-de-Bonfossé] avec la paroisse ; la plaine et le bois de la Vacquerie ; Bonfossé et son église ; Mons Johannis ; Canisy et son église ; la terre de Saint-André[de l'Epine] (?), don de Richard comte de Mortain ; la terre de Forcivilla don de Gunnor lors de la pose de la première pierre de l'église ; l'église de Poupeville avec la dîme de toute la paroisse ; l'église du Homme avec la dîme du tonlieu ; à Valognes, Yvetot et Huberville, deux parts de la dîme ; la dîme de la venaison des forêts du comte de Mortain, à l'exception de la forêt de Saint-Sauveur ; la dîme des langues de craspois sur la côte, entre la rivière du Caredel et celle du Thar, et la dîme des épaves (veresc) ; l'église de Cherbourg avec la dîme du tonlieu ; Tourlaville et Equeurdreville avec leurs dîmes et leur revenu.

Aux donations faites par les prédécesseurs du duc, s'ajoutent celles de Guillaume le Bâtard lui-même : la moitié de la ville de Coutances, du faubourg et du tonlieu, une foire générale et deux moulins avec toute la moûte en dépendant, et en particulier celle de Grimouville ; l'église de l'île d'Aurigny avec la dîme ; l'église de l'île de Serc avec la dîme et le revenu ; à Jersey, l'église Saint-Sauveur avec la dîme ; la dîme de la venaison de toutes les forêts du château de Domfront ; la dîme des cuirs de bêtes sauvages du Cotentin ; à Caen, cinq acres de prairie.

Le jour de la dédicace, le 8 décembre 1056, le duc a donné en outre la moitié de la pêche dans la Sienne ; le même jour, il a concédé une charruée de terre à Guernesey, et ajouté aux prébendes de la ville de Coutances, une charruée à Saint-Sauveur l'Endelin et un aître de huit perches autour de l'église ; la terre de Brévands, que Corbo de Semilly avait trouvée dans la dot de sa femme ; la terre de l'Oiselière à Lingreville ; Loucelles, Putot et Sainte-Croix[-Grand-Tonne] que possédait Herbert d'Agneaux en Bessin ; la terre de Crapault que l'évêque Geoffroy [de Montbray] acquit pour la cathédrale et celle d'Unceyo qu'il lui attribua de la même manière.

## Tableau de la tradition

## Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, instr., col. 271-274.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°214, p. 402-408.
- c. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 340, p. 489-495.

## Indications

Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 312, p. 394.

## Dissertation critique

Dans la liste de donations, on trouve citées celles faites par Guillaume le Bâtard au jour de la dédicace de l'église, le 8 décembre 1056 (voir FAUROUX, p. 404).

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Omnis nostra accio ab ea incipiat et per eam cepta finiatur. Generacio preterit et generacio advenit ; terra autem in eternum stat, videlicet non illa de qua Dominus : « Celum et terra transibunt », sed de qua Psalmista ait : « Porcio mea in terra vivencium », ad quam nisi per sanctam ecclesiam verus non patet accessus vel ascensus, que utique si bene fuerit temporaliter fundata in terris, fundatores suos eternaliter fovebit in celis. Hoc itaque intelligens Normannorum dux Willelmus, illustris Roberti illustrissimus filius, Constanciensem ecclesiam beate Dei Genetricis Marie suo tempore dedicatam et beneficiis ab antecessoribus suis eidem ecclesie collatis, quoquomodo imminuta fuissent, decentissime restauravit et ex sua parte munificentissime augmentavit. Que etiam ne posteritatem in evum venturam laterent et a successoribus suis firma et immobilia servarentur, simul omnia conscribi et in cartam redigi precepit, in qua que anteriora fuerunt tempore, priora denotantur ordine, quorum nomina sunt hec : scilicet in prebendarum jure concessa, Blandevilla cum ecclesia, terra scilicet culta et inculta et salinis ; Trailliacum eciam cum ecclesia et molendinis et omnibus appendiciis suis, alia quoque villa que vocatur Sola cum ecclesia et molendino silvaque non modica et cum omnibus ad illam pertinentibus ; Curciacum quoque cum ecclesia et duobus molendinis et pratis omnibusque adjacenciis ; Mulevilla dimidia cum ecclesie medietate ; Mansum Aloii cum adjacenciis ; villa eciam que vocatur Sancti Laudi super Sienam fluvium cum ecclesia et duobus molendinis inibi consistentibus ; in Constanciensi civitate ecclesia quedam in honore Sancti Petri fundata et decima que ad illam pertinet, sub prescripta civitate molendinum unum in fluvio Sola ; villa eciam que vocatur Urevilla cum ecclesia et salinis et omnibus appendiciis. Preterea prebendarios qui de terris prefate ecclesie pertinentibus non canonice apud Sanctum Laudum Rothomagi serviebant, preminatus dux corrigere studuit atque cum consilio episcoporum ecclesie cujus juri attinebant deservire statuit, quarum denotacio in promptu habetur : Queibouc cum ecclesia et molendinis et omnibus ad id pertinentibus ; Mansellaria cum ecclesia et omnibus appendiciis et terra que dicitur Caillon ; Mansum Restaldi quod dicitur Folmucen cum molendino uno et altero quod sedet in Baldra ; Mansum Osmundi et Mansum Johannis cum ecclesia et molendino et omnibus que attinent ; necnon et medietas ecclesie illius ville que dicitur Agon cum medietate decime et terre unius aratri. Prebendarum igitur rebus determinatis, et cetera que alio quolibet modo predictae ecclesie attributa sunt, inferius denotantur, scilicet apud Rothomagum ecclesia Sancti Laudi sicut antiquitus extitit cum beneficiis omnibus sibi adjacentibus et omnium exactionum quietudine ; deinde parochia Sancti Laudi super Viriam fluvium integra cum omni exitu ad eam pertinente et cum terris Martiniville et Petreficte necnon et parochia Sancte Marie consistens in castro predicti sancti ; preterea parochia Sancti Georgii de Monte Coq et Mansum Roselini et parochia Sancti Audoeni de Montecul ; Agnels cum ecclesia et aliis sibi pertinentibus ; villa que vocatur Sanctus Egidius et cuncta ad se pertinentia ; altera que vocatur Corphalour cum omnibus

sibi attributis ; Sanctus quoque Ebremondus cum parrochia sua, terra etiam de Vaccaria plana et silvatica cum molendino uno ; Bonum Fossatum quoque cum ecclesia et omnibus attinentibus ; Mons Johannis ; Caniciacum cum ecclesia et molendinis et omnibus adjacentiis ; adhuc terra Haye cum ecclesia Sancti Andree et molendino quam Richardus Morituniensis comes Sancte Marie pro anima sua contulit ; terram etiam Rolphi de Forcivilla quam dedit Gonnor ancilla Dei cum primam posuerit petram in fundamentis predictae ecclesie ; ecclesia Pompeville cum decima tocius parrochie et una mansura ; ecclesia Holmi cum decima tholonei ejusdem ville et tribus mansionibus ; in Valoniis due partes decime tocius parrochie ; in Yvetot et in Hibertivilla similiter ; ceterum decima tocius venacionis omnium silvarum comitis Morituniensium excepta silva Sancti Salvatoris ; decima eciam linguarum crassi piscis totius riparie maris a flumine Caredel usque ad flumen Thar, tocius quoque ejectivi quod in illis finibus dicitur verefc ; porro ecclesia Carisbourc cum decima thelonei ejusdem ville et altera Torlavilla cum terra que fuit Ausgoti capellani et terra Eschedreville cum terra ejusdem sacerdotis necnon et decimis predictarum ecclesiarum et omni exitu earum. Hucusque descriptis hiis que tempore predecessorum jam dicti consulis antedictae ecclesie collata fuerant, addenda sunt deinde que ipse ex sua parte contulit et propria manu firmavit, videlicet medietatem urbis Constanciensis cum dimidio suburbio et medietate thelonei et una generali feria et duobus molendinis cum tota multa ad eos pertinente et nominatim illius terre que dicitur Grimouvilla ; terram denique Richardi filii firmarii et terram Reginaldi, filii Gilleberti et terram Ansgoti, Pipini filii ; hec itaque omnia acquietavit optimus sepedictus dux Sancte Marie ab omnibus illis hominibus qui tunc temporis ea tenebant ; porro ecclesiam insule que vocatur Aurenay cum decima et terra quatuor boum necnon et ecclesiam insule que vocatur Serch cum decima et omni rerum exitu ad se pertinente et decem et octo acris terre et in insula Gersoi ecclesiam Sancti Salvatoris cum decima que sibi adjacet decimamque venacionis omnium silvarum que pertinent ad castrum quod dicitur Damfront et decimam coriorum ferarum bestiarum Constantinencium et apud Cathoum quinque agros pratorum. Preterea ipsa die dedicacionis que acta est .VI. idus Decenbris dedit predictus dux medietatem piscacionis aque Sene quam antea tenebat in dominio suo prefate ecclesie, anno millesimo .LVI.º ab Incarnacione Domini ; item eadem die terram unius carute in insula que vulgo dicitur Granaroy, adhuc eciam ipso die aucta est ei prebenda que continet hec, scilicet mansuram unam in prefata urbe et terram Hugolini Trachel et terram unius aratri in villa Sancti Salvatoris que dicitur fuisse Odeline et decimam duum molendinorum ; dedit quoque prefatus dux atrium octo perticarum in circuitu ejusdem ecclesie ; preterea terram de Bevrant quam Corbo de Similleyo cum uxore sua in maritagio accepit ; porro terram Aucupum de Legrinvilla sicuti eam in dominio suo possidebat ; terram quoque de Locellis et Putot et Sancta Cruce quam Herbertus de Agnes in Baiocassino tenebat ; terram etiam de Crapolt quam Gaufridus episcopus de Solel ad opus Sancte Marie acquisivit et terram de Unceyo quam similiter prefate ecclesie attribuit. Si quis autem, quod absit, instigante dyabolo, aliquid horum donorum que Deo sancteque jam fate genitrici Dei Marie concessa sunt, usurpando abstulerit, auctoritate Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti et Sancte Dei genitricis ejusdem Marie Sancteque matris ecclesie et sanctorum canonum necnon et omnium sacrorum ordinum excommunicetur et anathematizetur et a liminibus ecclesie et a communione fidelium extorris habeatur et perpetua maledictione maledicatur et ab eterna dampnacione dampnetur ut cum regnum Dei habitantibus nullam partem habeat, sed cum dyabolo et angelis ejus ignem eternum possideat ac deleatur nomen ejus de libro vivencium et memoria ejus cum justis non scribatur. Amen, amen, amen, fiat, fiat, fiat, sitque anathema. Maranatha